

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5523

Auteur(s) : Jean d'Essay, Coutances (évêque)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1256, 17 août

Lieu d'émission : Coutances

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Le chapitre de Coutances et l'évêque Jean [d'Essey] concluent un accord. Le chapitre de Coutances reproche à l'évêque de ne pas lui verser les dix livres dues pour les procurations en son absence, d'avoir injustement annexé au palais épiscopal une maison destinée à abriter le trésor de la cathédrale, ainsi qu'une maison appartenant au chapitre, de s'appropriier les biens de chanoines morts intestats alors qu'ils devraient revenir au chapitre, et enfin d'intervenir dans la confession et la correction des chanoines. Sur les trois premiers griefs, le chapitre se plie à la volonté de l'évêque. Pour le reste, un compromis est trouvé et l'évêque reconnaît les droits du chapitre. Un prêtre sera élu par les chanoines pour les confesser. Le chapitre a compétence judiciaire pour les affaires civiles ou criminelles.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 344, p. 505-506.

Texte établi d'après a

J[ohannes], permissione divina Constanciensis ecclesie minister humilis, et ejusdem ecclesie capitulum, salutem in Domino. Noveritis quod, cum inter nos episcopum, ex una parte, et nos capitulum, ex altera, contencio verteretur super eo quod nos capitulum dicebamus quod, dicto reverendo patre absente, in Nativitate Domini, in Resurrectione ejusdem, in die Penthecostes, in festo Assumptionis beate Marie Virginis, seu in festo sancti Laudi, in quolibet dictorum festorum decem libras tur. consueverunt nobis capitulo ex parte dicti patris pro conreio conferri, et quod dictus pater cessavit in solutione decem librarum pro festo Nativitatis dominice nuper preterite dicto capitulo debitarum pro conreio jamdicto, nos capitulum predictum nostra possessione vel quasi contra justiciam contradicit ; item super eo quod nos dicebamus quod dictus pater domum quandam ad thesaurariam dicte ecclesie pertinentem, absque consensu capituli, propriis usibus applicavit minus juste, eam intra fines manerii sui Constanciensis includendo in prejudicium nostrum ; item super eo quod nos capitulum prefatum dicebamus quod prefatus pater domum quandam sitam juxta ecclesiam predictam versus meridiem ad nos pertinentem, de nostra pecunia et nostro nomine comparatam, detinet minus juste et eandem nobis reddere contra justiciam contradicit ; item super eo quod nos sepredictum capitulum dicebamus quod idem pater de bonis canonicorum et clericorum chori ab intestato decedencium in ecclesia predicta ordinare contendit, contra consuetudinem in predicta ecclesia et in aliis cathedralibus vicinis ecclesiis Rothomagensis provincie hatenus observatam, cum dicta ordinatio ad nos capitulum pertineat, secundum consuetudinem modo dictam ; item super eo quod nos sepefatum capitulum dicebamus quod dictus pater curam animarum canonicorum dicte ecclesie et correctionem immediatam vendicat minus juste, cum hoc ad nos pertineat de consuetudine in dicta ecclesia et in aliis cathedralibus vicinis ecclesiis

hactenus observata non autem ad dictum patrem. Tandem nos capitulum, in generali capitulo nostro, super tribus primis articulis dicti patris ordinationi et voluntati nos supposuimus haut et bas. Quantum ad quartum articulum [...] canonicorum [...] fuerimus nos [...] de capitulo ab eodem capitulo electo de [...] ordinemus ; si autem absentes fuerimus deputatus [...] de bonis eisdem. Item quantum ad quintum articulum, de cura animarum [...] capitulum quod, de consensu dicti patris, unus ad arbitrium suum de canonicis eisdem eligatus seu detur [...] sua vel alius idoneus si super hoc a aliquibus decanus fuerit requisitus cui confiteatur, si necesse fuerit, de peccatis. Quantum ad alium articulum, de correctione et jurisdictione, sustinemus pro bono pacis nos episcopus quod capitulum vel destinatus ab ipso cognoscat de causis pecunie propter ipsos canonicos vel ab aliis contra ipsos motis ; in causis criminalibus, scilicet furto, adulterio et hiis majoribus ab aliquo ipsorum in civitate et dyocesi Constanciense cum ipsis, sustinemus nos dictus episcopus quod ipsi capitulum vel destinatus ab ipso capitulo possit cognoscere et animavertere, suspendendo et excommunicando et privando communia ad tempus de tribus vicariis majoris altaris quam ad jurisdictionem id quod de canonicis nos episcopus sustinemus. Actum et ordinatum in generali capitulo, de consensu omnium nostrum episcopi et capituli, die jovis post Assumptionem beate Marie Virginis continuati a die mercurii precedenti, anno Domini M° CC° quinquagesimo sexto. Ut hec autem perpetuam habeant firmitatem, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Actum anno et die supradictis.